GREGORIUS MAGNUS. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 74v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36569
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



sic inquietis ponatur modus. ut tamen ociosis non fiat torpor
securus. sic ab impatientibus extinguatur ira. ut tamen remis-
sis ac lenibus non crescat negligentia. sic lenes accendantur
ad helum. ut tamen iracundis non addatur incendium. sic
tenacibus infundatur tribuendi largitas. ut tamen prodigis ef-
fusionis frena minime laxentur. sic prodigis predicetur parcitas.
ut tamen tenacibus pritura rerum custodia non augeatur. sic in con-
tinentibus laudetur coniugium. ut tamen iam continentes non reuo-
centur ad luxum. sic continentibus laudetur uirginitas corporis. ut
tamen in coniugibus despecta non fiat fecunditas carnis. Sic predi-
canda sunt bona. ne ex latere uibeantur et mala. sic laudan-
da sunt bona summa. ne desperentur ultima. sic nutrienda sunt
ultima. ne dum creduntur sufficere. ne quaquam tendan-
tur ad summa. x — x — x — v. i. i. i.

Et quamuis quidem predicatori labor est in communis predi-
cationis uoce ad occultos singulorum motus causasque ui-
gilare. et palestrarum more in diuersi lateris arte se uertere.
multo tamen acriori labore fatigantur. quando uni et contrariis
uitiis seruienti predicare compelluntur. Plerumque .H. quis lete-
ninis conspersionis existit. sed tamen eum repente oborta tristicia
immaniter deprimit. Curandum itaque predicatori est. quatenus
sic tergatur tristicia. que uenit ex tempore. ut non augeatur leti-
cia que suppetit ex conspersione. et sic frenetur leticia que ex
conspersione est. ut tamen non crescat tristicia que uenit ex tem-
pore. Iste gauatur usu in moderate precipitationis. et aliquan-
do tamen ab eo quod festine agendum eum uis prepedit subito
nate formidinis. Ille gauatur usu in moderate formidinis. et ali-
quando tamen in eo quod appetit temeritate impellitur precipitatio-
nis. Sic itaque in isto reprimatur subito oborta formido. ut tamen
non excrescat enutrita diu precipitatio; sic in illo reprimatur re-
pente oborta precipitatio. ut tamen non conualescat in pressa ex con